

amitas inueni. Concipies enim & paries filium. non cui libet morti homi-
 ne. sed toti seculi saluatore. Recole in libro que maria uirgine qua
 partura legisti. & gaude quia tu esse meruisti. In ibi figurata est
 uirgo. tu ecce concipies in utero. non de uero sed de spiritu sancto. Et grauida
 eris. & incorrupta manebis. Paries inquit filium. & uirginitatis non
 patieris detrimentum. Efficietis grauida. & eris mater intacta. Somet
 pondera uentris. & pudori non perdes castitatis. Maria respondit
 ecce ait ancilla domini. fiat in secundum uerbum tuum.

O felix obedientia. omni signis gratia. que dum humiliter fide de-
 dit. celi in se operifice corporauit. Impleti mea dominus quod ante promise-
 rat. obedientiam malo inquit quam sacrificium. & scientiam dei plus quam
 holocaustum. Hec uera fuit obedientia. omni que sacrificio acceptior. hec
 uoluntas cunctis hostis gratior. Hinc gloriam meruit. quam ipsa pos-
 modum hausit. Ecce ait. ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
 Obsecra maria quod si tibi digna ualeat uira gratiarum ac laudis premia
 rependere. que singulari tuo assensu mundo succurristi perditio.
 Quas tibi laudes fragilitas humana perfoluat. que tua solo commercio
 recuperandi aditum inuenisti. Accipe itaque quas cumque meritis tuis im-
 pares gratiarum actiones. Et cum susceperis uota culpas nostras orando
 excusa. Hanc admittit per nos in tuum sacrarium exaudicionis. & reporta
 nobis antidotum reconciliationis.

Celebritas hodiernae admonet dici. ut in laude dei genitricis semper
 uirginis marie immorari debeamus. quia reuera dignum est. ut
 in die tante annuntiationis laudes dei non sileat lingua carnalis.
 In hac siquidem die competentem beata uirgo maria sponso illi celesti
 pelamat. Tenuisti manum dexterarum meam & in uoluntate tua de-
 duxisti me & cum gloria suscepisti me. Hoc & ipsa egrue absponso
 audit. Item proxima mea speciosa mea. ipsa quoque iam respondit. Anima
 mea exultabit in domino. & delectabitur super salutare suo. Videam itaque
 frater que sit uirgo hec tam speciosa quam deus elegit sponsam. que



483.26.7